CAPVT VIII.

AC communiter quidem de virtutib. à nobis dictum eſt: genúſque ipſarum figura quadam, id eſt, ipſas mediocritates eſſe, atque habitus: à quibus item fiant: ad ipſáſque agendas idoneos eſſe homines ſecundum ipſas: in nobíſque etiam eas eſſe, & ſpontaneas: atque ita demum, vt recta ratio præſcripſerit. Non ſimili autem modo actiones ſpontaneæ ſunt, atque habitus. actionum enim à principio vſque ad finem domini ſumus, cùm ſingula quęque cognoſcamus: at habituum principij tantum facultas in nobis eſt: ſingulorum autem additio nō nota: quemadmodum in ægrotationibus. quoniam tamen in noſtra erat poteſtate vel ita, vel non ita vti: etiam habitus ipſi ſpontanei ſunt.

CAPVT IX.

SEd iam repetita oratione, de ſingulis virtutibus, quænam ſint, & quales, & quo modo diſſeramus: ita enim fiet, vt etiam quot ſint, facilè conſtet. Ac primùm dicamus de fortitudine quam quidem eſſe mediocritatem quæ circa timores fiduciáſque verſetur, ſuperius dictum iam eſt. Timemus autem ea ſcilicet quæ terribilia ſunt: ea verò ſunt, vt ſimpliciter dicamus, mala: vnde etiam timorem expectationem mali eſſe definiunt. ac timemus quidem mala omnia: vt infamiam, paupertatem, morbum, ſolitudinem, amicorum mortem. Non circa omnia tamen eſſe vir fortis videtur: quippe cùm nonnulla omnino timere debeamus, quę & timere honeſtum & non timere turpe eſt: vt, infamiam. qui enim eam timet, modeſtus ac verecundus: qui non timet, impudens eſt. à nonnullis tamen per tranſlationem fortis appellatur: cùm ſimile quid cum forti viro etiam ipſe habeat. nam etiam fortis intrepidus quidam eſt, timoréque vacuus. Paupertatem autem fortaſſe timere non licet, neque morbū, neque omnino quippiam, quod neque à vitio proficiſcatur, neque per nos ipſos fiat. Sed neque qui in his eſt intrepidus, fortis eſt: ſed ex ſimilitudine tamen fortis dicitur. nonnulli ſiquidem ſunt, qui licet in bellicis periculis ſint timidi: liberales tamen ſunt, & in abiiciendis pecuniis fidenter ſe gerunt. Neq. præterea ſiquis filiorum aut vxoris cōtumeliam, aut inuidiam, aut tale quippiam timet: is timidus eſt: neque fortis, ſi flagris cædendus confidit. Circa qualia igitur terribilia fortis verſatur? An circa maxima? nemo enim tolerantior malorum eſt. mors autem maximè omnium rerum eſt horribilis: quippe cùm terminus ſit: nihílque amplius homini mortuo neque bonum, neque

A

Κεφάλαιον η.

ΚΟινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν εἴρηται ἡμῖν τό, τε γένος τύπῳ, ὅτι μεσότητές εἰσιν, καὶ ὅτι ἕξεις, ὑφ' ὧν τε γίνονται, καὶ ὅτι τούτων, πρακτικαί, καὶ καθ' αὑτάς· καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἑκούσιοι, καὶ οὕτως ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ. οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι, καὶ αἱ ἕξεις· τῶν μὲν γὰρ πρά- B ξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους κύριοί ἐσμεν, εἰδότες τὰ καθ' ἕκαστα· τῶν ἕξεων δέ, τῆς ἀρχῆς· τῶν καθ' ἕκαστα δέ, ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀρρωστιῶν· ἀλλ' ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἦν, οὕτως ἢ μὴ οὕτω χρήσασθαι, διὰ τοῦτο ἑκούσιοι.

Κεφάλαιον θ.

ΑΝαλαβόντες δὴ περὶ ἑκάστης, εἴπωμεν C τίνες εἰσί, καὶ περὶ ποῖα, καὶ πῶς· ἅμα δ' ἔσται δῆλον καὶ πόσαι εἰσί· καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρίας. Ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάρρη, ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται. φοβούμεθα δέ, δηλονότι τὰ φοβερά· ταῦτα δ' ἐστὶν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κακά· διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακοῦ. φοβούμεθα μὲν οὖν πάντα τὰ κακά· οἷον ἀδοξίαν, πενίαν, D νόσον, ἀφιλίαν, θάνατον. ἀλλ' οὐ περὶ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι, καλόν· τὸ δὲ μή, αἰσχρόν, οἷον ἀδοξίαν· ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος, ἐπιεικής, καὶ αἰδήμων· ὁ δὲ μὴ φοβούμενος, ἀναίσχυντος. λέγεται δὲ ὑπό τινων ἀνδρεῖος, κατὰ μεταφοράν· ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἀνδρείῳ· ἄφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος. πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι, E οὐδὲ νόσον, οὐδ' ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι' αὐτόν. ἀλλ' οὐδ' ὁ περὶ ταῦτα ἄφοβος, ἀνδρεῖος. λέγομεν δὲ καὶ τοῦτον καθ' ὁμοιότητα. ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλευθέριοί εἰσι, καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν. οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται, ἢ φθόνον, ἤ τι τῶν τοι- F ούτων, δειλός ἐστιν· οὐδ' εἰ θαρρεῖ, μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ δ' ἀνδρεῖος; ἢ περὶ μέγιστα; οὐθεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος τῶν δεινῶν· φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος· πέρας γὰρ καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ, οὔτε ἀγαθόν,